



Universitätsbibliothek Paderborn

**Stephani Balvzii Miscellaneorvm Liber ... Hoc est,
Collectio Vetervm monumentorum, quæ hactenus
latuerant in varijs codicibus ac bibliothecis**

Baluze, Etienne

Parisiis, 1679

Alphonsi Regis Castellæ epistola ad Philippum Augustum Francorum
Regem, qua ab eo petit auxilium adversùs Saracenos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14735

*ALPHONSI REGIS CASTELLÆ
epistola ad Philippum Augustum Franco-
rum Regem, qua ab eo petit auxilium ad-
versus Sarracenos.*

Serenissimo Domino Philippo Dei gratia Fran-
corum Regi Alfusus eadem gratia Catillen-
sium Rex, salutem in eo qui dat salutem Regi-
bus. Dubitare mori nemo debet pro Christi no-
mine, cùm legatur Christum mortem pro populo
pertulisse. Semen Chanaan, & non Iuda, violenta
progenies, incircumcisus populus & immundus,
maculatæ mentis & conscientiæ gentiles regno pro-
ximi sunt & confines, vasa mortis in manibus suis
continentes, nos & sanctæ fidei professores tam
innata malitia quām assueta perfidia persequuntur.
Ab eis non minus quām mortem expectamus. Proh
pudor! & in ministros altaris non desinunt de-
grassari. Gaudium eorum est & affectus mutilare
servos simul & filios crucifixi. Memoramus quod
idolatræ Trinitatis hostes nostrum sanguinem si-
tientes in nostras animas conjurarunt. Sed nos of-
ferre volentes nosmetipsos sacrificium Deo in odo-
rem suavitatis, in instanti die Maij cum eis qui
viam pacis minimè cognoverunt, ante quorum
oculos Dei timor non est, sumus proculdubio con-
ficturi, firmiter confidentes quod licet pauci si-
mus, & ipsi multiplicati sint in equis & curribus
necnon & numero, de cælo nobis adveniet for-
titudo. Cùm igitur murum integrati solitum de-
beatis & vallum fidei providere, serenitati vestræ
preces porrigitur cum singultu quatenus de regno
vestro vernaculos expeditos & armatos milites ad

Anno 1110.
Vide Roder.
Toler. lib. 8.
c. 2. & Ma-
rian. lib. 11.
c. 23.

Et tunc
mutila-
salva in
ionore,
ectione
aposto-
Iacobo

ramen-
formam
guerra,
impe-
quicun-
ca præ-
non te-
societa-
iter in-

, Sibi-
s Aquæ
s. Etsi
t quæ-
vel si
cordia

mille
edietas
ra for-
it per-
æ Do-
Inun-

nostrum coadjutorium transmittatis , nihil dubitan-
tes quia si sanguis noster in conflictu Christi re-
pondet sanguini , verè poterimus inter martyres
computari .

HONORII III. PAPÆ
*epistola ad Raimundum Rogerium
Comitem Fuxensem.*

Anno 1216.

HOnorius Episcopus servus servorum Dei di-
lecto filio nobili viro R. Comiti Fuxensi sa-
lutem & apostolicam benedictionem . Cùm olim à
dilecto filio nostro Petro Tituli sancti Laurentij in
Damaso Presbytero Cardinali tunc apostolicæ sedis
Legato absolutionis beneficium accepisti , eidem
inter alia juramento præstito promisisti quod super
his pro quibus excommunicatus extiteras apostoli-
cis deberes parere mandatis ; & ob hoc castrum
Fuxi assignati fecisti eidem , tujs custodiendum ex-
pensis . Præterea pro Rogerio Bernardi filio & Ro-
gerio de Comengia nepote tuis , ut mandatis apo-
stolicis obedirent , eidem Cardinali castrum obli-
gasti prædictum . Propter quod idem castrum au-
toritate sedis apostolicæ fuit hactenus custoditum .
Nuper autem per proprios nuntios ad sedem apo-
stolicam destinatos à nobis instantissimè postulasti
ut dictum castrum tibi restitui faceremus . Licet
verò à nonnullis nobis suggestum fuerit quod tu ,
postquam castrum recuperaveris sæpedictum , ne-
gotium pacis & fidei perturbabis , quia tamen huc
usque præfati Cardinalis dispositionibus & apo-
stolicis mandatis humiliter paruisti , nec volumus
quod Ecclesia Romana valeat à quoquam de fide
non servata redargui , cùm etiam manus nostra non